quam iudeorum. Nam & tres pueri illi ętate iuuenes. senum pruden
tiores. pauci sed superantes multos. Captiui sed fortiores rege.
Qui amiserunt quidem patriam. & non perdiderunt fidem. Nudi.
sed uestiti. pauperes. sed habundantes. Serui sed liberis praecellentes.
Qui flammas ardentes conuerterunt in rorem. qui elementa maxima
demotarunt. qui ignis obtuderunt uirtutem. Quos alligauit tyran
nus. & soluit ignis. Lamentabant & dicebant. peccauimus. iniuste
egimus. iniquitatem fecimus. & non est princeps neq; pphera.
neq; locus ad sacrificandum. ut inuenire possemus misericordiam.
sed in anima contribulata. & spu humilitatis fiat sacrificium nostrum.
& hoc non sua scelera deflebant. quę necdum admiserant. sed quasi
boni aduocati. pura conscientia. p populo qui in captiuitate constitutus
erat rogabant dm. Cor igitur contritum & humiliatum ds non spernit.
Hic sollicitius intendite. Pro salute enim uestra est quę dicuntur. Om
nes quippe doctores uos fieri uolo. omnes peritos. omnes monachos.
Non ut coniuges non habeatis. sed ut ceteras uirtutes possedeatis.
quę uos do commendare possunt. Monachus enim non solum ppter
ea dicitur quia uxorem non habet. sed quia religioni di & seruitio
ipsius mancipatus est. & cura illi est quemadmodum do non sęculo
placeat. & qui magis elegit castitatem quę do cara est. & spiritalia habita
tio. Uolo ergo uos in religione di feruere. Quid ergo est quod quęri
mus. orauit. confessus est. Rogauit. obsecratus est. deprecatus est.
lacrimas fudit. Cor mundum petit. fidem dedit quęrendum. siquod
quęsiuit inuenit. Multam in uos cerno alacritatem. multum
gaudium. Delectatur namq; gubernator. cum uiderit psperiores

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0052